1132. Anno ab incar(natione) d(omi)ni n(ost)ri ih(es)u xp(ist)i mill(esimo) centesimo trigesimo s(e)c(un)do. m(en)se nove(m)bris. Indic(tione) undecima. P(re)sentia bono(rum) hominu(m) quo(rum) 5.
no(m)i(n)a subt(us) legunt(ur). p(er) fuste(m) (et) p(er)gamenu(m) que sua manu tenebat alb(er)tus abbas monasterii s(an)c(t)e trinitatis q(uo)d e(st) constructu(m) in capite
laci in t(er)ritorio de loco bugazate. (con)silio (et) auctoritate atq(ue) firmam(en)to suo(rum) fr(atru)m. Inuestiuit gualdone(m) archip(res)b(ite)r(u)m eccle(sie)
beatissime uirgini marie que e(st) (con)structa in monte uellasco. Nominatiue de sedeci modia frum(en)ti. et de trib(us) amphoris uini. et d(e) trib(us)
carris feni. Eo u(ero) ordine quo hic subt(us) legit(ur). Ita uidelicet q(uod) p(re)dict(us) abbas et sui fr(atre)s et eo(rum) successores abhinc in antea omni anno dieb(us)
uite ip(s)ius gualdonis p(ro) benefacti que ipse gualdo fecerat prefato monast(er)io. debent dare eid(em) archip(res)b(ite)ro gualdoni ut suo certo misso iam
dictas sedeci modia frum(en)ti. et tres amphora(s) musti ut uini ad rectam m(en)sura(m) de isto loco cardabia. et iamdicta tria carra feni. ut ipse habeat
et faciat q(uod) uoluerit dieb(us) uite sue sine diminutione (et) contrarietate atq(ue) impedimento isti abb(at)is suo(rum)q(ue) fr(atru)m. eo(rum)q(ue) successor(um). pena
dupli. Preterea inuestiuit ipse abba(s) eunde(m) gualdone(m) archip(res)b(ite)r(u)m de uictu (et) uestim(en)to iamdicti monasterii. ut ipse abhinc in antea omni
temp(o)r(e) si uoluerit recip(er)e. habeat uita(m) et uestim(en)tu(m) de iamdicto monast(er)io. sic(ut) unus de iamdicti monachis habet. Q(uia) ita sicut sup(ra)
dictu(m) e(st) placuit p(re)dicto abbati et sui fr(atr)ib(us). Actu(m) in isto monast(er)io feliciter.

+ Ego albertus abbas subscripsi. + Ego dionisius mo(nac)h(u)s ss. + + Ego mainfred(us) subdiacon(us) ss.
+ Ego alb(er)t(us) mo(nac)h(u)s ss. + ego olricus p(res)b(ite)r ss. + ego lantelm(us) subdiacon(us) ss. + Ego benzo subdiacon(us) ss.

Signa manuu(m) alb(er)ti (et) petri (et) lazari atq(ue) martini qui int(er) fuerunt testes.
Ego Gualbertus sacri palacii not(arius) scripsi (et) int(er)fui.

Morbio 16 (5)
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1761465783-14/fragment/page=0001
DFG

Promessa dell'Abbate e frati di Coltibigo di dar ogn'anno alcune moggia di for.to vino e fino all'Arciprete Eraldino durante sua vita

7.ii

Morbio 16 (5)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1761465783-14/fragment/page=0002